

223

presenti statu quiescentib⁹, expectaretur eventus de archiepiscopo: ut eo reddito de omnibus decernat: si qua pars minus pareret cōstituto, in eam omnis sine exceptione terra consurgeret.

## FINIT LIBER. XII.

## INCIPIT LIBER XIII.

Ausa Rostockensis collegij nouiter erigendi, Deo, ho  
minibusq⁹ gratificāda, magnis diffidētię causis interces-  
tentibus, ccepit urbicis esse odiosissima. Principib⁹ ue-  
ro nouę cause in eam rem efferuescēdi fuerunt, ex refras-  
gatione, & oblatione plebis sese objectantis: Tam  
& si diuinus honor, & religionis amor, prima causa, ut  
esse debuit, fuerit rei mōlēdē: adiūtūt tñ feruorē deuo-  
tionis, obstinatoꝝ reluctatioꝝ: ut non paterētur ab improbis, rem diuinam  
impediri. Iam foedera ciuitati Wādalicarꝝ enūciata, intimescere fecerūt  
urbis habitatores: Cum enim multa signa essent, innouādarꝝ per prouincias  
rerū, q̄ multi & inopinati motus undecūq⁹ cōsürgerent: uisum est ex  
re, inter sex urbes maritimās, que ab ueteri solo nomē seruāt, ut Wanda-  
licae usq⁹ modo uocitentur, foedus sanciri in annos, & tempora: q̄ impri-  
mis post diuinū ubiq⁹ precipiū honorē, queq⁹ ciuitas suo principi non re-  
cusaret prestare, que iusta sunt, ac debita. Supra id, si qua ciuitas aliunde  
prematur, ubi uicinē urbes eam ad parentū iuri exhibeant, idq⁹ reiectum  
sit, tum se mutuo auxilio defensuras. Id tum foedus publicatū arrexit au-  
res Rostockēsium: Periclitatur interim nauis de Norwagia pīscib⁹ onu-  
sta, sub littoribus Magnopolensis ditionis: Iussisse fertur princeps, electa  
per littora bona colligi, & in suā ditionē ad tempora discussi negotiū per-  
ducī: detracta uestis naufragis: excisi digiti auro insignes: Adiūtūt fabu-  
lantes, quo rem atrociorē facerent, quod ipse non crediderim, eā fuisse se-  
quitiam colligentibus naufragis: ut arinatantes in lignis aut cistis, uiuos,  
quibus se alligarent, denuo detritos in mare, ut demersos potius, q̄ uiuos  
spoliarent. Sed cum monitus dux literis, & nūcijs, & calamitosis naufra-  
gis, sua pmitteret, distulit ex causis, q̄ uæ illi q̄ ceteris fuere notiores. Tum  
Rostockenses, qui ex alijs causis, extra sui principis gratiā agerent, non  
ignorātibus, ut ferebāt, uicinis urbib⁹, prefectū de Zuaen, militare, alte-  
rius protiūcīt uirū, qui de littore res naufragas, sui principis iussu deuehi-  
curauit, capiūt, & in suam urbem pertraētū, cum famulo, ense publico ce-  
dunt. Idem nōnullis alijs, de prefecto in Būkow, uiro ab olim non in bo-  
nis notissimo, ferūt demādatū, ut curarēt: sed differebant, donec princeps  
missis ad securitatē armatis, hominē Zwerinū iussit deduci. Talibus ali-  
mentis excreuit diffidentia: ut causa collegij, alioqui, si equis aspiciat ocu-  
lis, non grauis, exاردescētibus odijs, pro grauissima duceretur. Interim fe-  
runt principes Magnopolenses, habito suoru militariū cōuentu maximo

Obstinatoꝝ  
reluctatio iu-  
uit feruorem  
deuotionis.

Sex urbes  
Wādalicæ fo-  
cūs inēunt.

Fœdus Ros-  
stockēn. dat  
animum.

Pleſtūt ul-  
timō suppli-  
cio rei nau-  
fragis app-  
hensorēs.

LIBRI XIII. CA. I. ET II.

Iniurias suas ab ciuib⁹ detexisse, cum amaritudine plurima: eorū desuper cōsilia requirens. Nolebant sensati principes, rem grandē sine maturitate cōtingere. Quid sibi uelint noua ciuitatū foedera, nō esse obscurū. Tum uiri graues in cōcilio deliberātes, respōdēt: Esse cōspicuū uniuersis, quid Rostockcēles sint de suo principe meriti: inc̄q; eam rem bello castigādam, si propendeāt principes; nosse illoꝝ quēq; quid sua cōtineat ad principes obligatio. Verūtamē, quia foedera ciuitatū hoc preferūt: ut iusticiā delinquentes exhibeāt: eam, si pro dignitate assequi poterūt principes sine gladio, lōge desyderabili⁹, q̄ per ferrū & ignē extorquere. Erāt qui dicerēt: Ergo principes nostri urbicis illis, rusticano generi, auscultabunt de iure: & illi de principib⁹ iudicabūt: nō ita illos cōdedit omniū parēs de⁹. Qui dubitat arma corripere, suo detrimēto forte uidebit exteris ad arma uocari. Hac tum uarietate, ad deliberationē maturā cōciliū dissoluit. II.

Er interualla temporę, in opido Hāburgo, dispensante deo, pro p uenit ut authores grauissimi tumultus, qui rem sine exēplo crudelē cōcēpissent, aut diuino nutu, peste, que intercessit de mūdo sublati, aut furīs agitātibus, publico iudicio dānati perierūt: Nōnulli in urbes, ut sperabāt, immunes delapsi, ibi etiā conuicti, gladiū ultorē persenserunt: cum cōfiterent palam, cōstitutū in cōiuratione, de nece primatum. Alius etiā, qui proconsulē, in extractione factionū principis de turri grauissime in caput cēcidisset, admisso furto, profugit urbe, & clam sepe rediens, aliquā deprehēditur, publico damnat⁹ pro scelere iudicio: in sublime super omnes iubetur appendi, q̄ domesticū furtū inisset: Sed tñ officiarioꝝ suorꝝ interuentu (erat enim doleator) gladio cēsus pœnas dedit: Ipse cōiurationis princeps, hacten⁹ impune habit⁹, ne maiori tumultu res quieta turbaretur: cum tñ furīe illum exagitarēt, nec posset quiescere, per hāc occasionē luit suppliciū. Venere principū & uirorꝝ militariū multipli- ces litere, querulātes, q̄ in urbe Hāburgo, male per eundē habita sit hone- sta dñā, uxor Henrici Frigidach, uiri militaris, feruēscēte iam tumultu. Ea res paulo superi⁹ repetenda est: Nundinis sancti Viti, cum feruēceret ille tumult⁹, & idem ille iam magnus in urbe haberetur, usq; adeo, ut montes & maria policeretur, iam inter suos cōstituēs distribuere publica officia & ministeria, in molēdinis, & hospitalib⁹, in portis urbēs: uenit in urbē memorat⁹ cum cōiuge militaris, quēdā pro suo cōmodo cōparare: Interpellauit secreto ductorē factionis, q̄ seru⁹ ei⁹ diceretur, redimeret apud se clam seruitutem: ut nihil opus sit, eam rem in publicū efferrī. Non potuit homo tumidus patiēter accipere, q̄ de seruitute diceretur: qui sibi tam uidebatur magnus, ut urbē totam, uel solus sustineret: Assumptis aliquot ex suo consortio ciuib⁹, & sacerdote, quē sibi scribā, cum publice domi- naretur, & omnia administraret, destinauerat: ingreditur hospitiū milita- ris uiri, & intentato iurgio, maximis probris honestū uirum laessiuit. Ille uidens quid ageretur, q̄ iam homo stolidus, dñationis penē cert⁹ in urbe, omnia pro libidine ageret: modesto edito responso, breuiavit sermo- nē: & ex eo expedit⁹, insensa naui rediit Harborg, uxore sequi iussa: iam R ij

Rostockcēn  
bello castigā-  
di.

Rusticanū ge-  
nus nō iudi-  
care de prin-  
cipibus.

Authores tu-  
mult⁹ male  
habuerū.

Domesticus  
fur degratia  
ceditur gla-  
dio.

Homo tumi-  
dus impatiēs

Lacessiuit  
probris mia-  
litarem.

alijs uījs in eum ius suū exequēdū deliberauit. Post duos dies cum uxor sequi contenderet uirum: memoratus factionis princeps, uel quia obseruaret eius uestigia, uel forte incidens in eam cæpto iurgio, mulierē insectatur. Illa libertate fœminea, & suo generi solita: Magnū, inquit, & incomparabilem hic cerno uirū, qui urbem supra senatū gubernet, solusq; in ea dominet: oblitū, q; seruus sit eius, nec legitime natus. Excanduit ille, & in longū extracta uerborū iniuria, ac contumelia, cum consortib⁹ suis, quos pro multitudine ubiq; promptos habebat, illam circūsistens, probris lacessiuit: inuitans ad cōcubitū ei⁹ populares sublatis etiā honestē fœmine uestib⁹, nec hominē, sed equā assimilat.

CA. III.

Vid faceret prudēs fœmina, hominib⁹ neq; uallata: seruauit patiētiā cū modestia uerborū: Tali septa cōsortio, ducit ad domū pxi mi cōsularis, qui iudicio prefuisset proxime: Quo non inuenito,

aut inueniri non passo, ad iuniorē, in eadē cōmorantē platea, magnis clamoribus pertrahitur proconsulē: Ingens cōcurrerat hominū multitudo: Prodiit, qui querebat constans & intrepidus: Iam princeps ille de medio proclamabat: Securitatē, & cōductū prestās procōsuli: Id tñ ille, nec postulauit, nec p̄r strepitu potuit exaudire. Ibi, cum magna turba staret circūfusa: accusator fuit ille, qui irrogauit iniuriā, de multis cōuicījs & cōtumelij sibi ab illa illatis, depositus in publicū, cum sceleratis, carcerē includi: Proconsul dimissa turba seuocauit hominē in domū: Clamor exorit: sequere sequere illum: Sequuti sunt duo, qui postea publice poenā dabant quod dixim⁹. Ibi sepositis per modestiā dixit: Viderēt quid & cum quo agerent: esse fœminā, & que nec sui esset iuris, nec in iudicio posset cōsistere: de iniurijs, quid esset ille ab ea consequuturus iure ciuitatis, se nec scire nec dicere, q; non multo tēpore eū habitasset locū: Prudēter facere hominem, si consiliū mutaret in alterū diem, certior factus q; non abiret: Non recusauit, si in cōdibus suis asseruare illā proconsul uellet, pollicereturq; Ille respondit, domū suā custodię non deputatā: uadem se fieri, & fideiūssorem si ho c illi uideretur. Annuit ille ductor, incq; eā formā dimittit fœminam. Procōsul illā cum honesta familia, adiūctis dominab⁹ seniorib⁹, mitit in domū structurarīj: orās fœminā: ut pro sua prudētia, patientiā agearet unius noctis: Humanissime ibi excipitur: Erat enim pregnās: uino & confectionib⁹ honorač. Postero die deputati duo consulares, rem omnē compoluere ut fœmina data manu, quod in se esset, remitteret iniuriam, & ille uicissim: & ita abit. Sed post tempora, iam ceteris rebus satis quiescentibus: uenere literē aliæ super alias, a nobilibus & militarib⁹ uiris, super iniuria & cōtumelia irrogatis, uiro primū militari, deinde cōiugi ei⁹. Ductor ille accusatus, non sine uolūtate ciuiū mittitur in carcerē publicū: & accusatus in iudicio, q; libertatē nundinarē uiolasset, capitali supplicio damnatur. Sciebat infinitā multitudinē, ductori suo non defuturā: Prouisum est, ut & in iudicio, & in exequitione, non pauci iuuenes, oportunis locis essent in armis, si qua uis fieret, prohibituri. Accœpta sententia, mox ducitur ad supplicium in ipsa meridie sub prādio. Aderant cōsulares, qui

Pulchrū ex  
libertate fœ  
minea uerbū

Matrona ho  
nesta trahit  
ad p̄consulē

Qui iniuriā  
irrogauit ac  
cusat.

Temerarius  
consentit in  
cōsiliū p̄co  
sulis.

Differentia  
componitur

Temerarius  
carcerat &  
ultio suppli  
cio punitur.

quocumq; loco tumultu audiretur, curaret decollandu; Venerant ad urbis portam, & infinita effundie multitudo, foris, si quid posset, uim intentatu ra: Prouisum est, ut q; primu; exequitor cum dñato primu; pertransisset portam, clauderetur: & eodem mometu, ea que fuit in cōspectu clauditur: Inter medias exceperit ille gladiu;, sine turba: dimissus cum capite truncus in terra. Vxor ubi audiuit, primum distulit sepelire: deinde admonita ab amicis, tulit corpus, & sepeliuit. Alius quoq; non diu post uir grandeus cum deprehēsus esset in molendino, q; statutā mensurā esset supergressus culpans q; a cōsularib; factū esset, in publico cōstituit mēsurare: Ea de remonitus, nec cessans, accusatur, & tanq; seditionis renouator, gladio ceditur; Ita meritā reccepere mercedē tumultuationis principes. III.

Inter portas  
trūcatur fa  
ctiosus.

Ali⁹ sediti⁹  
sus cedit gla  
dio.

Rbes Wandalice tum queruntur apud Danię regem Iohānem, u q; Iacobus, Mauricij de Oldenborg filius, comes, ei⁹ fratrebus, mare teneret nauibus impacatū, multaq; damna irrogaret trans euntibus mercatoribus, q; causaretur ope ciuitatū se patrimonio exutum Delmēhorst: quod Bremēsis ecclesię administrator, episcopus illi Mōnasteriensis adēmisset: Rex Danię in cōuentu procerū, quē tum in arce Kōpenhauen haberet, presentib; urbiū oratoribus, respondit, se rebus cōponendis futurū mediatorē. Interim Iacobus in Norwagia, diem suū obiit, relictis in mari cōparibus suis, Pining, & Zanderū Hoboden, natū Lüneburgo: qui regi Christierno multa, ut ferebat mutuasset: sed in eū tum uenerat ex mercatore cursus: ut in mari manu militari, ab hostib; regni, Anglis, quereret compensationē: Quē ferūt in eo questu nauigantē, cum expedita manu, cum audacius mari inuolitaret, euerfa per tempestatē nauī, cum liberiori, q; par erat uteretur uelo, periisse cum omnibus. Cōoperat tamē ante ab Anglis plurima: Nam in Anglos, quod in Dania diximus, pene iustum habebant Holsatię principes querimoniā: Hispanos aut, quod sit iure insectat⁹, nisi q; forte Angliam hostile terrā peterēt, non intelligo. Hoc enim genus hominū, posteaq; ad p̄dā semel armatur: si non possit ab hostibus, certe ab obuijs quibuscumq; requirit unde uiuat, ne inuanum laborarit. Largam enim iusticiā illi sectātur. Ea uero que tum in mari Anglīcīs adimebant a Danis, imputata sunt nostris in Anglia mercatoribus; quasi intelligētiā habēti⁹, cum uicinis Danis; nec ulla ciuitatum ad eam rem purgatio, satis ualere potuit: quo minus Angli, canum more, ab alijs morsi, in quos se uindicare non possunt, sequunt in proximos: Eam semper, & in literis, & tractatib; obiecere nostris cantilenam: manū nostrā stratum occulte cum Danis operari. CA. V.

Pining &  
Hobode py  
ratæ.

Pyratæ eti⁹  
amicis non  
parcunt.

Angli canū  
more remor  
debant.

Ellum uero quod tum in Liuonia conquieuit, non sunt passi diu b iacere fratres Teutonici ordinis, q; arcibus, & p̄dīs suis spoliati deteriorē fouere cōditionem uiderēt. Audito ergo, q; suus, quem uoluere archiepiscopus prosperaretur, bellū renouare conātur: p̄fertim iam aucti uiribus tantis, q; diocesis Rigenſis, plena militarib; uiris qui haec tenus ecclesię inservierint cōtra ordinem, nūc essent illis accessuri. Quid faceret ciuitas, que cum capitulo sola manebat: iam enim postulat⁹ R. ij

Bellū in Li  
uonia reno  
uatur.

# LIBRI XIII.

## CA<sup>T</sup> V. ET VI.

234

rem infiniti sumpt<sup>o</sup> & laboris posthabuit: Defensionis finibus cōstiterat ciuitas, iam arbitrata ad plenā libertatē pertinenisse, sublatis duabus arcibus: quarū altera ad portū in Dunemunde, altera in ipsa urbe constituta, sepe, quod nollent uidere faciebat. Variè diu cōfictatum est: sed ciues intra urbem se cōtinuere: usi ex cōmodo nauigatione. Ordo aut, ut aditum maris nauigaturis interciperet, infra arcem Dunemude, ad eandē fluminis ripam cōmuniuit prēsidium, ex suppositis inuicem roborib<sup>o</sup> (trabalem uocāt domū) eac<sup>z</sup> pro arce sunt usi, ad frenādam libertatē enauigādi: sed parū profecit: Eo enim prēsidio non obstāte, preternauigauere qui uolebant. Huius tñ exitum belli, per aliquot annos extracti, posterius suo tempore dicemus: Nec enim cōquieuit ordo, nisi arcibus ademptis, & euersis in certam formam renouatīs, ac redditis.

## CA<sup>T</sup> VI.

N Magnopoli interim, exasperatis licet principib<sup>o</sup>, quieta fuere i

arma: Sed episcopus Zwerinēsis, a duce Magno cōmonit<sup>o</sup>, penale monitoriū decreuit, ut pareāt pie, ac religiose cause, quā dux instituisset, de erienda parochiali diui Iacobi in ecclesiā collegiatā. Obiecere Rostockcēses appellationē qualencūc<sup>z</sup>, & in ea cōquiescētes, episcopi mandata neglexere: Ille exercebat in eos ecclesię gladiū: sed illi, cum appellationē legitimā rite obtēdissent, inuenere clerū, qui illis adhgereret. Interim populus, cum patrib<sup>o</sup>, ex alijs causis prouocati, totis se nisibus oppsuere, erigēdo collegio: Erāt, qui perinde in cōsortes publici conciliū vindictam quādam sunt meditati, q<sup>z</sup> male inuicem cōcordes essent sedētes in senatu. Inflammavere turbā, qui ultiorē cogitabāt, in cōpares: ut totis nisibus plebs ecclesiastice cause renitere<sup>t</sup>: q<sup>z</sup> in ea omni causa insidiaretur ciuium libertati: Non queri a principib<sup>o</sup> ecclesiam: sed urbis plenū dominium: ut iniūciatur frenū libertati. Non agi de collegio: sed de arce qnq<sup>z</sup> in urbe collocanda, & traferēda episcopali cathedra de Zwerino in Rostockiū. Ita sibi somnia finixerunt, que pro ueris habuere, a nemine cogitata. Interim disseminat̄ per maleuolos in urbe: rem esse cōpositam inter principes, & quosdā ex procōsulibus: esse illos proditores urbis, qui clam ceteris de preiudicio urbis, egissent cum principibus: primū secreto murmurē, deinde aperta etiam indignatione, inuicti sunt audacieores in bonos uiros, q<sup>z</sup> stimularetur uulgas a quibusdā in cōcilio. In hoc turbido urbis statu, dux prosequendo negotio multas causas prætenderat, q<sup>z</sup> plenum uideretur opus pietate, ac religione: deinde, q<sup>z</sup> plurimū ubiq<sup>z</sup> fauorem ex pio meritus opere, ex alijs causis obuios sibi Rostockcēses ad iuga cōpellet. Profectus deuotionis gratia in urbem Romā, episcopum Raceburgensem, & multā ex militia secum duxit familiā: Expleta deuotionis catifa, fundādi collegij sanctū propositū per supplicationē insinuavit summo pontifici Innocētio, orans deputari exequutores: Facile inclinabat pontifex rei, in qua diuini nominis amplificari gloria quereretur: dedit exequutores, & inter alios Raceburgēsem episcopū: qui in ipsa urbe desuper fulminauit processum: ne si quid summo pontifici, aut illi exequutore in itinere humanitus accidisset, causa non integra, sed iam inchoata censeretur.

• Vrbs Riga sustulit duas arcēs.

Ordo utitur trabali dos mo p arce.

Monitoriū penale in Rostockēn.

Male cōcor desuiri patriij.

Somnia fin guntur.

Dux Romā p̄eigrinat̄.

Raceburgē ep̄us exequu tor.

V. ET VI.

## LIBRI XIII. CA. VI. ET VII.

Hoc interim processu, posteaq; in sua redierūt, requisiti Rostockcēles, non habuere quod opponerēt: Frēmebat uulcus: dissidebāt in cōcilio patres: e quib; qui sanius rem intuebant, sualere: ut se parituros ostēderent: quia tum nulla ratione possent mādatis apostolicis cōtraire, uerbo assentiri, nī hil nocitur cause: rem denicq; nūq; pficiendā, populo reclamāte. Alijs alij ud est uisum, si semel paruerint, semper parituros: uolebant enim ascēdere ex aduerso: sed superati ratione cesserūt, simul, q; sperarent uulcus exasperandum in eorū capita qui eius sententię fuissent authores: quib; ut diximus, male uoluerūt. Vocatur in prētoriū cōmunitas: res q; potuit, maxima modestia pponitur: esse causam, cui papa & Imperator & omnis mūdus fauerēt: quā nemo, nisi malign⁹ de iure impediret. Sed esse illis omnibus cōmunem sentētiā, ut totis animi, corporisq; nīsibus reluctarentur, ne unq; procederet in effectū: idq; tum posse iure fieri, si nūc uerbo assentiant: ut evitēt iuris pœnas, rem tum nunq; futurā. Sin uero nūc reluctent, recusantes parere, tum se pœnis laqueatos, finaliter ad omnia cōpellī. Ea tum utcūq; est accēpta oratio: ut tñ ciues senatui dicerēt: curarēt omnia prudēter: sed super omnia nossent, collegiū se in urbe nūq; passuros: proq; ea re omnes, in cōmune morituros. Itaq; senatus requisit⁹, & monit⁹ processu, respondit: Se ut uiros deceret Christianos mādatis apostolicis parituros: Desuper sumebāt documēta publica, qui missi fuere: Iam non erat, quod opponere Rostockcēibus.

### CA. VII.

Nterim, cum dux contenderet eā rem in exequitionē deducere, missis nūcijs, Rostockcēles orabāt, ut paulisper rem paterēt diffēri: donec ipso tempore mitigatus populus a feroore renisionis frigeseret, accēpta maiorē instructione: Dux ipse cessit nihil properans: sed expertus est in urbe omnia in diem fieri deteriora: Non potuit ignoscere, quod publice gereretur: neminem inueniri qui ea esset fiducia, ut de collegio uerbum ausit facere: Ita inflāmati omnes malo demone furebant ad causam. Non erat, uel ecclesiasticus, uel secularis, qui causam auderet poscere, cur tantopere refragarēt: Capitale erat, uel minimā dare significationē de cōtraria illis sentētiā. In eo statu res per annum quintū ac sextum supra octuagesimū pmāsit: ut dux sepe interpellās, non aliud potuerit extorquere, q; illos paruisse: non posse tamē redigere populū in quietē: ut patiatur exequitionē, que si intentata fuerit, omniū fore cōmune periculum, & qui exequātur, & qui patiant̄: Sperari posse, q; feroit ille temporis immoriatur. Sed non iam diutius sibi passus illudi princeps, cum speraret presentē se multa facturū, que absens non posset, constituit urbem ipse ingredi, incq; Dñi nomine re inchoata, prosperū sibi exitū repromisit. Igitur incipiente iā septimo post octuaginta anno, sub octauis Epiphanię, principes fratres cum coniugib; & familia insigni, duob; iunctis pōtificibus, Zwerinensi ordinario, & Raceburgēsi apostolico exequitorie: Aderant prelati alij cum multis militarib;: iam formidante senatu pessimos exitus, cum interim uulcus quid ageret ignoraret: Fremuere tamē, qui in senatu rem auersarent, nec potuit manere occultū, quod tanto instituebat appa-

R. iiiij

Dissidet se-  
natus.

Cōitas i pr  
toriū uocat

Nunq; colle  
giū passu, i  
Rostockcē.

Null⁹ de col  
legio uebū  
facere audes.

Principes eti  
duob; ep̄is in  
trat Rostockcē

## LIBRI XIII. CA. VII. ET VIII.

232

ratu. Princeps Magnus, seu oculo senatu, aperit ad quid uenerit: rem diu  
literis agitat, aliquā miserāte Deo cōsummādam. Respōdēt illi: Illustrem  
eōrū magnificētiā in sua posse urbe, qđ decreuerint, se tñ uehementer for-  
midare aduersa omnia: Dux uocat eos per risum pusillanimes: se curatu-  
rum omnia: Tum de p̄ebendis quid cōstituerit, edocet: nil ciuitati p̄eū  
dicij: magis incrementa inde habiturā; nullis edificijs a se in urbe, aut mu-  
ro erigendis: non hoc peti, ut minoretur rebus, aut uiribus urbs ipsa: pro-  
fectū eius se requirere, que nulli magis q̄ sibi suisq; crescat: hortatur in cra-  
stinū assint, rem tum inchoandā, cōmuniter auspicent: Illi suo principi re-  
fragari non posse respondēt, pollicentur se, quod illi cōplaceat facturos:  
Mens omnib; male ominat: nouerūt enim iras ciuiū, quas ex his pleriq;  
uehementer inflāmassent.

CA. VIII.

Ies erat Veneris sub octauis triū regum: cum duces ipsi fratres,  
d. Magnus, & Baltasar, duo p̄otifexes, prelati plurimi, milites, ac mi-  
litares, & ipse urbis senatus, solēni processione perueniūt in eccle-  
siam diuī Iacobi, erigendā in collegiū: Ibi Zwerinensis episcop⁹, sacris in-  
dit⁹, officiū peragit de Spiritu sancto: Omnes suo ordine offerūt ad alta-  
re munera. Expleto diuino officio, Raceburgēsis episcop⁹ exequitor apo-  
stolic⁹, literas p̄ducit plubatas, eas legi iubet, inde exequitorias, quibus  
iam in publicum recitatis, cōmissionē sibi factā exequitur: parochialem  
ecclesiā erigit in collegiatā, cum insignibus: Capitulū creat de presentibus  
ecclesiarē pastorib; adiūctis quibusdā alijs, p̄epositū facit, decanū institu-  
it, & quēq; suo ordine duxit in subsellia. Inde in sacrifiā uelut capitulare  
locū deducit, mādans: ut ex illo die nocturnū atq; diurnū officium pera-  
gat in ea ecclesia, cum ritibus, & solennitatib; que cōsueuerūt in ecclesijs  
eius diocesis obseruari. Astitere ex laicis nōnulli, quib; natare lachrymis  
oculi, non pro deuotione, cernebanū: sed tum quieta fuere omnia: Duces  
cum pontificib; redeūt in hospitiū, deducti ab omnib; qui affuere. Prin-  
cipes solēnib; epulis omnes uolebant adhiberi: pauci se subduxere. Ala-  
cres ipsi, rem sine tumultu gaudent inchoatā, sperantes in eo statu perman-  
suram: Omnes secū boni, idem sunt tacite deprecati. Erant in eis, qui non  
idem precarentur, iam cōminātes in cordibus suis. In ea uero mensa, qua  
prelati cōsederāt, dñs Thomas Rode, principū cācellarius, pastor ecclesie  
beatę Marię, tum nou⁹ p̄epositus cōsederat in capite: nōnulli per iocū, ut  
inter epulas fieri solet dixere, nouū collegiū nouis martyrib; cōdecoran-  
dum, in quib; prim⁹ iure esset p̄epositus, cui⁹ nomē conforme Cantuari-  
ensi Thomę id preferret: ut pro libertate ecclesie, q̄modo ille cēderetur. Il-  
le iocātem, non iocās repressit: Tu inquit inter ludicra ridens ista narras,  
at ego uehemeter capitī meo timeo. Arrisere alij, cum ille tristi uultu per-  
maneret, q̄ illū, nescio que signa, & animi presagia, ad uicinā mortē cōsta-  
rent. Per eam diem, & qui sequebatur, nihil tumultus erat & si frenderēt  
plurimi in urbe.

CA. VIII.

d. Ie Dominico, cum iam plana & quieta omnia uiderentur, & du-  
ces primo mane, gustato post diuinū officiū cibo, abire pararē:

Per risum  
uocātur p̄cō  
sules pusilla-  
nimes.

Mens male  
ominatur.

Erigitur par-  
rochialis in  
collegiatam

Verbi ioco  
dictū execrā  
do serio ueri-  
ficauit.

Animus ad  
mortē p̄esa-  
gus.

in nouū collegiū, ante missę collegialis officiū, cum tertia de more pensio solueretur: uenere aliquot ciues in ecclesiā, indignatione flāmati, procul dubio sumpto prius inter se cōsilio, disturbare rem diuinā aggrediūtur: Duo nequam chorū ingressi, libros cātuales cum strepitu deñciūt; iubentes mala in hora omnia conticescere: Mox in ecclesia murmur per popu-  
lum increbrescit. Ad diē enim festū seruauere malignū propositū, quo po-  
pulum omnē, alijs dieb<sup>9</sup> intentū labori haberēt ad tumultū: Simul sperā-  
tes, ut interim principes abirēt. Inchoato iam tumultu, in ipsa ecclesia gre-  
gatim cursitātes, quesiuere nouos canonicos: Imprimis prepositū, & deca-  
num: q̄ scirent illos rei institutores apud principes: Alij portas urbis ser-  
uauere: prepositum, iam ante diuino in ecclesia sua beatę Marię officio au-  
dito, cum abire cōstitueret cum principib<sup>9</sup>, aut etiā ante, facto grege, cum  
domū eius tumultuātes irrūperent, diu frustra latitātem extrahunt, & in  
turrim quę posita est ad Wernouī includere cōstituunt: Ita enim cōue-  
nit inter illos: Sed cum magna in turba incert<sup>9</sup> clamor diuersa iactaret, &  
multis iniurijs per capillos tract<sup>9</sup>, uerberib<sup>9</sup> pulsatus, sputis illit<sup>9</sup> afficer-  
tur, per uiam impulsus durissime; ibat tñ utcūq; uolens: sed erat, qui inter  
alios acclamaret sub glaciē mittendū: Id ueritus, medio itinere iam resti-  
tit trahentib<sup>9</sup>, ut a multis etiā inuitus traheret: In hoc luctamine, quidam  
elata super multor<sup>9</sup> in medio capita, quā tenebat, claua, capitū renitentis il-  
lisit, ut uiribus deficeret iam cadens, iamiāq; moritur<sup>9</sup>: quod uīdētes, qui  
duxere, in latus plateę ad canale cadentē impulerunt, iētibus crebris tun-  
dentes ut mortem properarēt: Qui cedere non poterāt, lapidibus petiere  
iacentem: Alij sputis iam mortuū, iam in latū pedib<sup>9</sup> compressum, misera-  
biliter affecere: Fœminę alioqui molle, & cōpatiens genus, tum furuerūt  
non cedētes insanię uiror<sup>9</sup>. Iacebat in eo loco ab hora diei nona in uesper-  
tinam: Adeo instigante diabolo, liuoris uenenū omnes peruersit. Interim  
nouus decan<sup>9</sup>, qui pridē fuit archidiacon<sup>9</sup>, uir grādeu<sup>9</sup>, olim & ipse princi-  
pum cācellarius, multū ubiq; quęsitus prodente, nescio quo, inter anus in  
hospitali Sancti spirit<sup>9</sup> deprehēsus latitare, extrahit<sup>9</sup>, & multis affectus cō-  
tumelijs, in turrim, quę stabat in eminēti urbis loco deducitur: curantib<sup>9</sup>  
nōnullis, qui proximi irent, quicq; bene illi uellent, ne insigniter lederetur:  
ibi clausus aliquot mēses permālit. Principes audito tumultu, exire pro-  
perabāt, deducti a ciuib<sup>9</sup> ad portas quę reserabātur. Dicis coniunx, iam  
cōscensura currū, a tumultuātib<sup>9</sup> incurritur: Erant qui conarentur subuer-  
tere currū, q̄ latere ibi dicerent unū ex canoniciis: Vix urbe & illa educit<sup>9</sup>,  
cum in forum cōgregati ciues, incerto clamore tumultuarētur. Necdum  
quid in animo habuere promicuit: nec unū omnes sentiebāt: Crediderim  
idq; cert<sup>9</sup> enūcio, non unū uoluisse, uel paucos: Ita cōfuso clamore omnia  
turbabantur. Procōsulum unus, postulato silentio, fecit uerbū: pacati ma-  
ne ēt in reliquū: unū sentire omnes: collegiū aboleri: & quod in tumultu  
factū sit, omnes fecisse uelle uideri. Eo sermone aliquātū mitigati, discesser-  
e in sua quisq;: Sed agentibus eos infernis furijs, quies esse qui poterat:  
Ad uesperā inuenti sunt utcūq; qui pastore suū, crudeliter cēsum, & per

Turbatur di-  
uinū officiūPrēposi<sup>9</sup>lati-  
tās extrahit.Præpositus  
martyrisaturFœminę fu-  
riūt in corp.  
mortui.Decan<sup>9</sup> extra-  
hitur ex hos-  
pitali & car-  
ceratur.In foro cōue-  
niūt tumultu-  
tuantes.Sāguis præ-  
positi sup nos  
& sup filios  
nostros.

LIBRI XIII. CA. X. ET XI.

Cotumeliam horis sex in publico relictū, in ecclesia, in qua pastoralem ge-  
rebat curam tumulauere. C A. X.

X hoc die, quis rerū fuerit status in ea urbe, difficile est memo-  
ratu: qñ iam siletibus legibus, nihil fuit interdictu. Tum uero se  
aperuere odia que latuissent in senatu: apparuitq; quid sentirent,

qui usq; in illū diem dissimulātes siluerūt. Tum effusa sunt odia in capita duorū procōsulum, quos effictis, per mutua odia criminatio[n]ib<sup>9</sup>, insectari, tum ceperūt; Illos fecisse principib<sup>9</sup>, nescio, quā spem, rerū perficiēdar, sine qua ne inchoassent rem tantā. Quid multa? Designātur ex nomine: quorū alter iam dudū senior, omnia pro prudentia incōsultis alijs gessisse: alter principū recōceptor, & hospes, multa cum illis secreto pegisse dice- retur; Rotas & cruces pinxere in foribus ēdiū, & nocturnis clamorib<sup>9</sup> id perfecerūt: ut iusto timore cōcussi viri boni, in tutū se recōperunt, urbem exeūtes, cōcedētes in proximā Wismariā. Tum uero in absentium capita, cōcrepue cōgesta maledicta: Esse illos urbis pditores, qui omnē inur- be pplexitatē cōciuerint, dignos, quorū cōfiscarent̄ bona. In eo tumultu hyems peragit, Lubicenses nihil, qd sui esset officij, intermisere: mitten-

Criminatur  
duo p̄cōsules  
Rostockēn.

**Profugunt  
Wismariam**

Lubicenses  
mittunt nun-  
ciū ad ducis

**Creatur no  
ui consules**

**Obsidetur  
Rostockiū.**

**Ciuitates so-  
cię mittūt os-  
ratores in ca-  
stra.**

Ppetente deinde tempore, quo fruges essent in agris, equorū fusa  
tura pabula; duces magno instructu urbem obsedere. Bugslaus  
dux Pomerani<sup>2</sup>, principū affinis, q̄ geminas eius germanas, ge-  
i fratres tenerent cōiuges, belli se sociū adiungit; obsidionē faciens de  
parte ad orientē. Duces aut̄ Magnopolēses, ex Wernouiae latere, ad  
tam diui Nicolai, & per reliqua imminebat. Ferūt qui in urbe tum fu-  
nt, tantā primo aditu, omniū fuisse consternationē: ut si mox principes  
ugnationem fuissent aggressi, illo tñ aditu, in magnas angustias ur-  
bē perduxissent, ac forte cœpissent: Nihil erat apparat<sup>2</sup>: nemo præuide-  
quod tum uidebāt: nemo timebat; ita sibi cōmuniti uidebātur, homi-  
stolidi; sed accœpto tempore, ad colligendū se sunt animati; ut inde se  
arint ad defensionē. Cōtinuatur aliquādiu obsidio, & iam ceterę ciui-  
s in castra mittebāt oratores, causam cōtrouersię cœperiūt cōrectare:  
uenia ducū ingressi urbē cū eo senatu agunt: & in dies singulos egres-  
ōtrectat cum principib<sup>2</sup>, si qua cōpositionis forma reperiret. Sed nihil

## LIBRI XIII. CA. XI. ET XII.

tum potuit inueniri, quo magnis, & iustis causis exasperati principes placarent: Portū maris iam duces tenuerūt: illucq; mersis ingētib; saxis, obstru xere: firmato magis presidio qd inuenierāt. Sed tum ciuitatū oratores fru strati abierūt. Cōtinuaē aliquādiu obsidio: demū sua spōte soluūt duces. Sed tum ex proximis presidijs urgebātur ciues, ne quis, uel caput educe ret portis: nam portū seruātes, & omnē a terra aduectionē interdicentes, custodiētesq; satis putabāt, fame excruciaōdos: Sed erat intus frumentum non paucū. Exibāt quoq; turmatim ciues cum peditib; in uehētes de ru sticis prēdijs, que inuenierāt. Hoc obseruauere duces, & magno equitatu, peditatuq; cōcurrebāt egressis in loco Panclow: Ibi cōsertis manib; ali quādiu pugnatū est. Inueti principes cum equitatu, in pedites Rostock censiū, q; stipendiarijs plurimis uterentur, qui rerū gnari essent, stabāt im moti: factaq; est maior in equites principū, q; pedites urbicos tum iactu ra: Aliquot celi, nōnulli capti, in urbem pertrahūt: Pauci ex Rostock censiū peditē perierūt, capti, celiq; Nam equitatus eorū longe impar ho stibus, non nisi paucis manū cōseruit. Sepe deinde treuge: renouata bella extraxerūt aliquot annos: ut diu res in cōtrouersia maneret. XII.

Obsidio Ro stocki conti nuata spōte dissoluitur.

Fit prēsum inter ptes.

Nno illo, quo principes obsidionē urbis facerēt, ante tñ eam ex a peditionē, ad diē Dominice Ascēsionis (erat enim septim⁹ octua gesim⁹) fuit magn⁹ in urbe Lubica cōuentus urbiū de cōmunio ne Hansē Teutonicę. Tractatū est de equabili partitione in Anglia colle gte pecunie, ad cōpēlanda mercatorę damna, que Londonijs accepta fue re ad annū nonū sexagesimū. Collegere aut ex constituto regi uectigali, ex mercibus proprijs, decem millia Sterlingorę in talētis: Operē premium putai agnoscere, unde ductum sit uocabulū Sterlingorę: Declarat qui dem hoc nomen ab olim, orientaliū magnā fuisse in eo regno authorita tem, quomodo & in Flādria: Nam numisma, ex eorū nomine inscriptum uiderimus, Osterlingorę: ut truncato capite Sterlingi, pro Osterlingis uocitetur. Demōstrant Anglii eam originē, qui hodie scribūt talētū Ester lingorū: nos uero breuiātes, dicim⁹ Sterlingorę. Eam tum permissione regia collectā pecunia, ex formula cōpositionis in Traiecto, magistri merca tores, suis usibus pro dimidia absumpseret: non satis palā, in quos usus, & tñ impēderant, non dico ligurierant: Erāt aut triginta aut eorū de Renō millia, que supererāt, tantundē perierat: residuū dānificatis impendit, pro modo dāni declarati: Ad eam cōventionem missi sunt oratores ab Maxi miliano Romanorę rege pro cōmodo Brugēs opidi in Flādria: ut emporiū ibi solenne (stapulam uocāt) ex more renouaret: Obiecta tum sunt illis plurima, cur fieri, aut difficulter, aut omniō non posset. Cōuenit tamen finaliter, ut pollicerētur orientales: si ab occiduis quoq; impleretur. Relicta sunt Lubice ad eam rem documēta, literē sigillata regis memoria sigillo: ut ex authoritate principis, etiā subiecti ditionib; eius implerent astringerēturq;: Sed quomin⁹ tum exequutioni mādaretur, ex Flandren sium parte defecit: qui nouo bello incesserēt regem Romanorę: includen tes eum diu Brugis. Venerat q; nūcius & orator episcopi Monasterien

Cōuent⁹ ur biū de Hāsa Lubice.

Sterlingū uocabulū quid

Agentes pro mercatorib; xxx. millia li guriaueruntne

Impletio cō cordiē ex pte Flādrensiū, deficiat.

# LIBRI XIII. CA. XIII. ET XIII.

sis, vir militaris, qui quereret magno suo impendio arcem Delmenhorst, ad securitatem itinerantum mercatorum sustinere, prouideret illi, quorum como-  
do inserviret, ne sui dispedio domini res fieret: Responsum retulit pro tempore necessarium, sed non multum rebus accomodum: ut sine magno fructu rediret.

CA. XIII.

Fili⁹ militis  
denūciat Lu-  
bicēsib⁹ & so-  
cjs bellum.

Duc onerarię  
naues capiūt

Pyrata cedis-  
tur gladio.

Ali⁹ pyrata  
capt⁹ absolu-  
uitur.

CC. equites  
p. Rostockcē  
ses condu&iacute;

Arbitri inter-  
duces & Ro-  
stockcē.

Vbicensibus tum omnium ciuitatum nominib⁹ denūciatur bellum,  
i ab filio Olaui militis, ante multos annos tumultu mercatorum Ber-  
gis in Norwagia cesi: qz ille fili⁹, nūc primū ex ephebis euadēs, iusticiā de paterna nece deposceret: alioqui ipse sibi futurius exequitor, in omnes, qui de urbib⁹ nauigarent. Scripsit pro eo rex Danię Iohānes, iusta quērimonias ei⁹ cōmiserat⁹: effectūqz est, ut cum eo ad cōplemētum satisfactionis, ut tum putauere mercatores, ageretur: Creditū est illum ad omnia deinceps quieturū: Sed ille obtendēs (nescio quid) questionē reno-  
uauit, & proxima estate, duas ex Liuonia naues onerarias, Lubicā petētes adoritur, & capit: Que inerat merces in manus regis peruererūt. Sequēti anno, tum qz ali⁹ ex Liuonia olim mercator, inde militas, cum aduersus Rigenses intentaret quērimoniā, itidem duas cum mercib⁹ naues capit, perducūturqz merces in Kopēhauen: Sed ille, ultore gladio, ut pyrata, cōsus, luit suppliciū: mercatores aut nihil se querūtur reccepisse, quis instan-  
tissime postularint, missis ad hoc nūcīs: Incertum, si iure regni, res furti-  
ue cadant in cōmissum, aut ueteris quid subsit quērimonie in ciues Lubicē-  
enses & senatum: Et ut cōtinuata mala cumularētur, tertio deinde anno  
quidā ex Reualia Liuonię natus, Lubicēsū urbi infestus, pro fratre, ut fe-  
rebat, male in ea habito, itidem geminas mercatorib⁹ abstulit naues; ita ta-  
mē, ut regiae custodiæ merces omnes desumerent. Capt⁹ erat ab regiis mi-  
litibus: causa eius in iudicio uētilatur, ut luiturus suppliciū putaretur: sed  
libertati donatus, nescio, an & in iudicio abibat: mercatores etiam hodie  
querūt, nullam ablatorū dānificatis esse factam restitutionē: eac⁹ causa  
cum multis pendet indecisa.

CA. XIII.

Vm uero bellū ducū Magnopolensiū in Rostockiū duceretur  
c in longū, aliquādo ciues finem dare bello statuentes, cōduxere  
ducētos equites, aliūde sibi militaturos: Sed uenere cum illis plu-  
res qz alij ducēti, qui remissi sunt, cōmeatib⁹ datis: dec̄ Lubica nauib⁹ im-  
positi, Rostockiū gueniūt; nam ad pacē faciēdā uideban̄ aduocati. Cūqz  
in ea essent urbe, cum duob⁹ pene millib⁹ cōductoꝝ peditū, exspectabat  
ab his, qui Rostockcensiū fouerēt causam, ut terram peruvadētes Magno-  
polensem, bello finē properarēt. Sed tum Rostockcēs suspensi treugis,  
& dilationib⁹, qz arbitrarētur sibi qz perire, que in uastatis agris deperi-  
rent, conductā militiā, sibi fecere inutilē: nisi qz quadā intentata per eā cō-  
minatione, bello finē asciscerēt. Itaqz post aliquot mēses, conducti equites  
Lubicā redierūt, nihil magnū exequuti. Interim rex Danorū Iohānes, &  
itē Iohānes Brādenburgēsis marchio, omnis cause facti arbitri, in Wis-  
mariā, rex in persona, & marchio per excellētes oratores, comparuere: Ibi  
examinato negocio, pro principibus laudū exiuit, cōdemnatis Rostock-

# LIBRI XIII. CA. XIII. ET. XV.

censibus ad aliquot millia principibus numerada. Sed qui quererentur se  
grauari, laudū ad arbitriū boni uiri sunt reducere conati: Iam quidē ante,  
priusq; Rostockēs tumultū facerēt in urbe, dñs marchio in Wilsenaco,  
ad presentiā ducū memoratorū, ac Rostockēsī, qui in suā partē cōsula-  
res oratores, de Lubica, Hāburgo, & Luneburgo, adesse rogarūt, causam  
omnē controuersiarē inter memoratas partes tractabat: sed nihil tum fieri  
potuit: necq; ad exitū res peruenit, aut tunc, aut nūc. Vniuersitas autē dos-  
torū, magistrorē, & scholarū aliquādiu se ab opido retraxit, dū obside-  
retur, dumq; ibi militares uersarētur: sed postea, cum res in treugis esset,  
locum suum repetentes, redierūt. Non enim utile, sed damnosum duxere,  
diu uacare gymnasium, q; scholares dilaberentur, dispersi (ut fieri solet) in  
omnem regionem.

CA. XV.

N Liuoniā iam redierat, qui archiepiscopatū Rigensem in urbe  
imperauit, dñs Michael, qui etiā nūc pr̄esidet ecclesie; isq; intēta  
bat res inter ordinē & ciuitatē cōponere: sed nimiū discrepabāt,  
& uisus est uni parti non equ⁹ esse arbiter, qui ordinē indut⁹ gestaret: Ab  
ordine promotus cēseretur. Igit bellū, etiā eo presente recruduit, q; ordo  
amissas arces reposceret; ciuitas belli iure captas, non redderet. Magister  
ipse totis annis uirib⁹, insulam Parwalk, occupauit; ibicq; fixit castra: ut  
utrinq; riuum asseruaret, ne quis Rigēsibus in mare aditus pateret: Ante  
quidē Rigenses id ueriti, ibi in arena fecere munitionē, arbitrati tueri ab  
inuito ordine: Sed primo statim ingressu captū est: qui autē inerāt satelli-  
tes, pacti uitam, & libertatē, dedunt, dimittūturq;: sed rustici, qui cum illis  
erant, sine respectu humanitatis, sub glaciē detrudunt̄. Ea est aut miserorē  
conditio: ut mors illis sit in desyderio, & uita in fastidio. Itaq; colligati pe-  
de, crucē figurant, & insiliūt: Miserāda fors pauperū. Miserant tum Wan-  
dalice urbes oratōrē, in eam prouinciam: qui adiunctis sibi terre prelatis,  
rem in treugas, incq; cōpromissum, si fieri posset, perduceret. Iam uero Ri-  
gensium fortuna inclinauerat, fessiq; uidebant̄, intus uexati a stipendiarijs,  
& foris ab hostib⁹. Nam collata non diu ante manu, cladē perpeſsi sunt,  
ad nouum molendinū, arcem ordinis: Captiui insignes, quos tenuerūt, di-  
lapsi sunt. Cōmendator de Goldingen, erutus captiuitate, ipsis in niuib⁹  
obriguit, reduct⁹ in urbē semimortuus, statim uita funct⁹: De Mitow aut  
cōmendator uenit in castra: Ita ubiq; Rigēsibus aduersa fuere, capto etiā,  
quod diximus, in insula pr̄esiōlo eorum. Cōpromissum est ergo in pre-  
latos terre, qui causam terminatūt, archiepiscopū Tarbatensem, & Curo-  
niēsem episcopos. Reddita est ordini arx Dunemūde: ipsa que in turbe fu-  
it renouanda, non in arcis, sed domus formam prefinitam accœpit in lau-  
do consistētiam. Ita factō, comperere Rigenses, quantū sit mali, non in suo  
tempore, finem rebus dare:

CA. XVI.

Rat iam annus, LXXXI, post mille quadringēto, cum inter  
Anglicos & oratores urbiū consulares, de Lubica, Hāburgo,  
Colonia, Gdano, omnium de cōmunione Hanse Teutonice no-  
minibus ageret in Antwerpia. Venerant eo Lubicēs, & Hamburgēs,

